



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Bitvrigivs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

Audijt orantem madidum de sede beata,  
Reddidit ad questus talia verba meos.  
Desine frater, ut hac capias miracula, vincitus  
Sum liber, moriens viuo, recedo manens.  
Ossa tegit lapis hic, liber sed in aethere viuit  
Spiritus, inter vos per mea scripta moror.

BELL OVACI.

IN D. PETRI.

D. DE FOSSE CANONICI.

N Atus humo, defossus humi, cælestè sepulcrum  
Quare requirentis item miserere Deus.  
Si leuiter coluite, aut segniter intus amauit,  
Hoc vetus inflxit reptile vulnus homo.  
Ante diem rapior, raptum non deseris, imò  
Eripis, erecto tu mihi vera salus.

IBIDEM.

Viue memor letbi, dum res est latet, repente  
Nam mors nocturni furis ad instar, adest.  
Cuiq; mori certum, nihil est incertus hora.  
Viuit eà sapiens qua cupit aere morti:  
Nec tibi promittas decus b' iuuenile senectam;  
Sæpe suum candens flos cadit ante diem.

BITVRIGIBVS.

IN D. PETRI.

IACOBUS CVIACIO V. C.

TELOZA illius, dum quondam Palladia fuit.

S. 3 Alumano

643 AGINNI NITIO BRIGVM.

Alumno subcinericio, hæredique ex asseposthu-  
mo. Rom. Iuris à summis conditoribus Inter-  
preti primo & vltimo; cui quicquid puræ natu-  
ræ lucis & scientiæ vnde cunque accessit, etas  
sua debet; postera etiam, si quæ legum cura ma-  
net, debitura est. P. PITHAEVS P. F. Do-  
ctori bene de se, bene de litteris omnibus me-  
rito M. P.

Vale CVIACI, nos te ordinc, quem Deus &  
Natura iusserit, cuncti sequemur.

AGINNI NITIO.  
BRIGVM IN AQVI-  
TANIA.

In Ecclesia fratrum Augustinianorum.

IVLII CAESARIS SCALIGERI, QVOD  
FVIT.

Obiit anno CIC. IC. LVIII. XII. Kal. Nouemb.  
ætatis sua LXXV.

E xtulit Italia, eduxit Germania, IVLII  
Vltima SCALIGERI funera Gallus habet.  
Hinc Phœbi dotes, hinc duri robora Marti  
Reddere non potuit nobiliore loco.

IVLIUS CAESAR ANIMAE SVAE  
PROFECT VRAE.

Egredere, ô miseris multum defuncta ruinis,  
Egredere, & seruis seruilia regna relinque.  
Aude, hospes, tenebris horrendi imponere finem.  
Exilijs, & patriæ speratas querere sedes.  
Tristes exuiae, falsaq; incommoda luis,

Isthis